




IOAN FRANCISC POGGIVS FLORENT


Beidi nw tijd
HOWARD LEHMAN GOODHART


FELICITER INCHOATUM SED FELICIUS CONSUMMATUM
Phyllis Goodhart Gordan



De temporibus cle. pot. Pauli II. quintu volumen: per: Gasparem Veron.

Cum ob suspicionem pestis Roma abire statuissem. diuq; cogitasse mecu quo locorum me conferre comodius possem. tandem i ea; iui sententia. ut satius mihi foret Sermonetu proficisci: ubi mensibus duob; et medio magna uoluptate laetitia q; permansi: q cum uel apertissime uidere Honoratum eius oppidi dominu unice a Paulo secundo amai & Paulu secudu amari ab eo: institui litteris mandare q uidi eo loco celeberrimo. nec enim ulla reprehensioe dignus ero. si inuita Pontificis summi i seruero queda pene singularia: que in ea regione cognoui. Primu qdem a peponib; inchoabo. sunt eni illic adeo dulces atq; melliti. ut oe cuiuscuius alius loci genus superare uideantur. Est eni ita dicam. pomum ambrosium et solis dnis: atq; principib; aptissimu ideo ab eis nunq abhorruit, Nicolaus quintus: nec Paulus secundus. Loco secundo no eit pretermittendu fungi genus: quod ad pede trunci castanearu

peponcs

fungi

reperi cōsueuit. et pene miraculi loco mihi fuit: ut tantum fungus ille excrescat: ut uix possit quisq; mortaliū manibus tollere humerisq; sufferre. qd cibarij genus elixi prius: post sartagīe decocti. ac fricti. res ē ori blandissiā: atq; placidissiā: nec discrim ullum īcumbit edentib; qsq; piro addito condiant atq; decoquantur. Est eni pirum omnium fungo medicina peculiaris supremūq; remediū. si modo fungus ullo uitio teneret. quales pmulti sunt inuenti q uescentes occiderunt.

Quam gaudet Summus Pontifex Paulus Secundus: si et oculis suis cernē posset: et interdū aliquid recentiū fontium depustare: q ad radices montis sermonettani scatiriunt: necnō ad caput flumis nympha prope Sermonetum mille et qngentis passibus ubi undiq; cernunt aque limpidissime exoriri. cōsueuit etenim Paulus Secundus clara lympha delectai. clariore autē alibi me uidisse

aque

nõ memini: nec frigidiore q̃de: quam L
audiuis uescitur Honoãtus caietanus
q abstemius ẽ. Quid dicã de trudis: qua trucẽ
qdã turtures appellãt. i nympharũ flu
mine exõtis: quarũ copia grandis est: nec
alibi sapidiores: que sepe ad pontifices di
mittunt dono ab honorato modo memo
rato. que tum retibus tum uris atris sic
n. appellant boues nigri presertim silue
stres capiunt. De retib; aũt. qs ambigit.
at de bobus non adeo perspicuum uidet.
nã impulsis in aquas: nec exire p̃missis
totus humor turbat. actutumq; trude
supnatat: ut exaĩes facile capi queãnt.

De lacubus aũt: et piscium copia lacus
nescio an alibi maior uis repiat.
at duo miri sunt: in quorũ; alto
insula mobilis conspicit. alt
uero lõge magis ab oppido Sermoneto
distans. q lacus folianus dicit ppe pon
tum tirenum: at hic preceteris gradis
ẽ. in quẽ nonunq; ipum mare init: ubi init
p grandes cephali decipiunt. et multo
pinguissimi ad pontifices saepe dimissi.

presertim ad Paulum secundu: et popul9
romanus libenter comparat. et uescitu.
ex quo lacu lucru ipsi domino quotannis
redundat no paruu

HOc eodem loco tres insut isule ad
modum herbose: in quib; iugiter
no parua uis e ouorum: atq; pulloru
ex quib; grande damnum: ac iactu
ra resultat conducetibus lacum. na au
um multitudo pisces non paucos deuo
rat. Itaq; libens dissipantur: atq; occidu
tur ab omnibus uectigalib;.

OMiseram uo: quod profecto minime
reticendum est. nam in illis fonti
bus et aquis: quaru pauloante me
tione feci: adeo albescunt panni
ex lino contexti. ut nullibi candidioes
fieri posse existimem.

QVod uo factitare consueuerit i ca
piendis palumbis. alibi quoq; i
illis littorib; fieri cetum est. re
tia etenim tendut: et in autuno
aduetantib; palumbis albos quosda la
pides i ethera iactant: et illos pterresa

aunt deuolates: et se metu deijcientes: et facile in ipa retia incidentes: sic cotidie milia multa decipiunt, illis i littorib; a maritimis populis: qui propius i habitant: atq; incolut. Omitto lacu crapolatium: et siluas fertiles. omitto capreolos. lepores. uulpes. ceruos. ursos. lupos: quo abuda copia e. et quide incredibilis.

Audiueram preterea in cella uinaria Honorati domi dolium adeo grade: ut uniuersa italia tali prius careat. Est etenim capax ducetorum pculdubio seriarum: quas uulgus bailia nuncupat. non enim facile eo uase adeo magno posse equite consiste. de quo qd uase. que locis multis audiuiam: oculi ipsi pbauerunt.

Posse miram ficorum multitudine necnon psicorum: atq; uuaru descbere: et eorum fructuum: cu piris cerasijs. nucib; et apijs malis sapore recensere. sed breuitatis gra hec missa facio.

Iam ia omittendi sunt fructus ser-

monetani. et eorum copia. qua ipomarijs
et ortis hac estate uidi. Est quoque dicen
dum. de abysso. sic enim uulgus appellat
est enim hyatus quidam in latere montis
ipsius oppidi. in quem siquis lapidem inie
cerit: ad longum tempus sonus audit. ^ tandem
non tamen puto eam profunditatem malee co
parandam: ubi dicitur esse inferorum desce
sus. et pene infinita concauitas. quam in
laconia: qui uiderunt: non solum admira
ti sunt: sed ingenti stupore confusi.

De industria: de uirib; et artibus
illius populi. de incomodis et cala
mitatib;. et prememorati Domini Ho
norati. et eius patientia: deque pru
dentia gubernandi. et iustitia eius: nec
non de liberalitate: et hospitalitate in omnes
aduenas, presertim dominos, et princi
pes. Itemque de modestia et prudentia
eius uxoris hecaterine: et eius sanctitate
inestimabili alias dabitur dicendi locus,
aptior. tunc etiam de Nicolao equite cla
rissimo Jacoboque natu minore decoris et
ingeniosis adulescentib; ample a nobis

Sermonetani

honoratus

hecaterina

scribenda nō tacebunt.

Sed ad monte circeum iā uenio describendum: quo pauloante profectus sum: ut que legeram oculis cernerem. Verum circei iam abolliti sunt. sic enim appellabant urbs circes regine formosissime: quam esse finxerunt poete phoebi filiā fuisse. In cuius montis apice: quedam uelut concha extat. sed iam fracta et lapidibus plena uidet: in qua quidem concha Circen se lauisse comemorat: quod quidem ego longe secus existimo. Fuit profecto custodia uel specula quedam ex qua quiret pirate prospici. Sex tn̄ carmina ante meā illuc profectionem uulgi opinioni consentiens confeci: etsi aliquantulū lasciua uideantur;

Mons circei

Illustris circe meretrix clarissimā phoebi
Filia cōsueuit turbe placitura procorum
Abluere hac cōcha lapidosa: et mēbrā mamas
Et crura: atque nates placidos passura papos
Inque nouas formas iuuenes uersura ferarum
Hec tn̄ astutū nunquam mutauit Vlyxem.

ł duros

Sed de hebaru copia salutarum: et ue
nenosarum: si quis uellet: que ipse
uidi litteris demandare. ante die
clauso componet uesper olimpo: q
oia: cum recensuissem Cardinali uice
tino: ingenti gaudio et letitia delibu
tus e. quippe scire plurima concupiscit.
Ideo hoc loco bene sedebit relatio: et he
barum: et arbor. quas illic comperi.
Veratri tam albi: q; nigri. que Virgili
helleborus uocat. et Plinius: cuius uirtu
tes mirabiles. et abominabiles. nunc non
narro. de quo prouerbium est inre
tam laudabili. Dementi eundum ee
ad Anticiras: nam ibi ellebori uis magna
est: qui caput expurgat. et cerebru.
Praeterea Sumach arbuscule: cuius
semen amoenum et rubeum i apice
sedens trunci legi solet dyssenteri
cis maxie conducens. Palmule quoq;
cuius radices corio exute ori sunt
q; placidissime. S; hec in arbor. nuo
non computat. uulgus cepalone appel
lat. e autem heba: aut frutex: ex cui

scire
ueratru
sumach
palmule cepalo
ne

5

frondib; in plerisq; regionib; scopę co-
fici solet: non excedens terram ultra
brachium. nec folys tam longis: q; pal
ma dactilo᷑ producit. gratum genus
cibi cunctis mortalibus, domus presti
et principibus: quo᷑ uenus est amicis-
sima. Preterea tormentille aduersus ue
nena potentissime. oleandri quoq; ar-
buscule uenenosissime uiuum arge
tum artificiose fingentis. Item Napelli
insup: quo infantissima puella fertur
ee cibata: cum tamen et hominibus:
et feris plurimum obsit. Ex eo enim fit
medicamen sagittis aptissimu ad cer-
uos: ad ursos apros occidendos. S; reliquo
certas herbas longe mirabiles. Quid
dicā de oppido iam labefacto et diruto.
cuius uix extat uestigia prope lacu
circeū. ubi circei urbs stetit. et ad
huc a piscatorib; hydrie terree aena
et ferrameto᷑ genera multa compiu
tur. Nam illuc mons ipe circeus de
sinit capite uno inter ipm lacu et
pontum. In altero uero terracina u̾sus

Tormentilla
oleandrus
napelli
Circei

oppidū scti felic / oppidum sancti Felicis extat dirutum: et deuastatum: cui olim dominati fuerunt principes caietani. et postremo Honoratus eiusdem familie: qui semp sacrosancte romane eclesie deuotus: atque fidelis apparuit. quobrem Alfonsus Taragonie Rex: qui Neapoli diem suum obijt, et oppido et Honorato infestissimus fuit: et nocentissimus. quod quidem oppidum breui reficiendi a Paulo secdo speratur: aut ab Honorato prefato impensis proprijs ^ Sed de monte circeo haec satis dicta sint.

^ uolētr pont.

Hoc anno millesimo quadrigentesimo sexagesimo octauo a die natali Iesu christi celebrimū ē concilium hitum: seu ut appellāt Captum fratrum Sancti Domīci: rome in templo: quod olim minerue: seu palladis dicebat ubi affuerunt doctissimi hoies: tum phylosophi tum Theologi: ubi maxie de priuatione principis fratrum quem generalis appellatū: tractatum ē. Verum qa odio res agebat et ambitioe. non tolerauit Paulus scdus

illũ deprimi: et iniuste priuari. ueꝝ alia consti
tuta sunt inter eos non indecenter. alij p̄
uinciales facti sunt. nonulli uicarij: quidã
procuratores. alij alijs muneribꝫ ornati
sunt. aliqui uero missi quo placitũ est eo
rum iudicibus et prefectis. Affuit in eo
fratrum multitudo mille qngentoꝝ. af
fuit Ioãnes catus siculus totius ordinis
scietissimus: et predicator copiosissimus.
grecis latinisq; litteris decoratissimus.

VNum modo fratrẽ admirandum
et eum patauinũ in eum couen
tum accessisse cognoui: q omẽ ge
nus brutoꝝ aĩalium exprimebat.
et uocibꝫ gestibꝫ q; uarijs imitabatur: et
cẽte nisi illũ uidisse oculis meis effingen
tem belsuas: et solum auribus audissem
iudicasse. canem: aut asinum: aut equũ
aut ranam: aut aliud aĩal. quale hoĩem
necãte ire arbitror. Sic ille se poetam
excellentissimũ appellabat: et omis gnis
uersuũ aptissimum compositore. quid
enĩ aliud ẽ poeta q facere: atq; fingere
uersus non tam sine ratione et idustria

uidisse me meminj n̄ uisũ

Nō

Tulfa

et itali ipsi sonos: seu voces belluarum so
lent versus appellare. Deniq: illis infra
tribus quendam ipe cognovi: viterbie
sem Ioanne nicolai tube consanguineu.
q intimis amicis se argentum vivum i
aurum fassus e convertisse. quem apete
intellexi ee philosophum: et eum quide
physicu elegante. acutum. audace. pmptu.

ACcedo nuc ad Tulfam: cuius sunt
domini Petrus et Ludovicus: a q
bus: cum petiuisset Paulus secudus
oppidum: cum arce altissima actu
tum negavert: ac abnuerunt. Est eni loc
ille custodia aluminis fidelissima et necessa
ria. effodit enim illic maximi pretii alum.
pollicebat tam equissimus pontifex illis cetu
aureos quoq: mense tribuedos. filiasq: lodo
uici pmittebat a se nupturas bonis et magis
dotibus collocandas. et oppidum Tulfa me
lius: aut si hec pactio minime placet: aure
orum quadraginta milia offerebat: ut fama
volabat. tamen hactenus nulla e facta firma
conventio. et ptinaces atq: rebelles magis
q: in dies esse vident. quos tam omnes

putāt ad penitētiam redituros.

QVotidie audio: de cardinali uicentino.
quem miris laudibus extulimus
superioribus uoluminib;. Audio inq;
Paulum secundum apprime esse
contentū: et q eum in cādinalium nūo col
locarit: et: q arduis negocijs illum prefe
cerit. preficiatq; quotidie. Est enim reb;
magnis aptissimus. ingenio acuto memo
riaq; profunda. sobrius quidē et castus ui
gilantissimus. et plurimarꝝ rerum expedi
entissimus. iustitie amator feruentissimus.
in Summum pontificem Paulum secūdum
pientissimus. litteratorum amantissimus.
facultatum uariarum lector diligentissimus:
qui si scelera quorūdam iudicum rescuis
set: actutum pontifici maxīo significasset.
dicerem nisi a prolixitate abhorrerē. dicerē
inq; noīatim: et iniustitias: et uitia: et eorꝝ
nomina explicare.

quid enim de rebus hisce pontifices scire possint: qui quotidie in cubiculis sunt clausi: quos omnes verentur: et timent. nec ad eos est facilis aditus.

s Sepe etiam ab eis non creduntur: que ferunt ad aures suas presertim cum eorum tempora carpuntur.

v erum Paulus secundus: et prememoratus cardinalis vicentinus: si isthec acceperit: molestissime ferent: et temporibus suis melius. meliusque consulet: et medebuntur.

sed de his satis.

n Non te debit me episcopum feltrensem denuo meritis preconiis dilau

dare: qui iugiter bene et beate uiuendo
ab omnibus commēdat: et ad sideā tollit.
carcez publicoz non oblitus. pauperū
et inopum misericors. Pauli secundi &
sancte ecle cultor: et proprioz bonorū
largus expensor modo prouit Sumo pon
tifici: et eius honoribus/est itidem: ut co
sueuit bonoz amator litteratorū adiu
tor. publice legentium utilissimus pcūa
tor: qui cum audisset Franciscum Burge
sem peculatus crimine inquinatum i
doluit. Quippe homini illi iure fidebā
Pontifex: sed eiusdem mōte audita do
lore quodam affectus ē: q uix ei par co
periri posset architectus ingeniosissimus.
Verum dolor ille aliqntulum mitigabatū:
cum i mentem redigebātur peculatus.
et extorsiones paupez: mercedū q; rete
tiones.

Illud summatim scribere iure possū:
uiros optimos, ab omi iniquitate
semotos in palatio Sanctissimi Dni
nri noctesq; diesq; uersai

De corona: seu ut alij appellat mitra: alij regnum pontificis. quid aliud dicam: nisi nullius pontificis tempore: talem unquam fuisse: est enim pontificis maximum ornamentum & decus. opus pretiosissimum: centum & quadraginta milium aureorum: ut communi estimatione putatur & ingenti pretio margaritarum et lapillorum res undique fulgens: et propter multos lapillos graui pondere, In cuius apice margaris est candidissima magno pretio apud mortales habita.

graius

Duo pretermissa mihi uisa sunt perscribenda: et relatu dignissima, primum quidem saluberrimas constitutiones: et precomia a summo pontifice audiuimus diuulgari: ne quis die feriato tabernam: ut quicquam uendat patefaciat. ne ue quicquam importetur in urbem pro quo toloneum solutionem expectet. semper necessitate custodita: que nullam legem habet: ut est apud aromatarios medicinarum uenditores: quod indicium est religionis deuotionisque non parue. Illud

secundum sit. nunq; magis fuisse pacatam
italiam. q; hac tempestate. antea enim se
per in armis extitit. Iam omis legio omis
exercitus omnes milites ad ligones agros
q; redibunt. Detestant cuncti pontifice
Paulum assueti rapinis et omibus scele
ribus: neq; enim antea pontifex fuit. qui
tantopere componendis pacibus oblecta
retur. In elemosinis perseuerat, in marita
dis puellis non desistit, in beneficiys cofe
rendis dignis: et benemerentibus usq; per
sistit: et gymnasiorum publicorum auctor et
emendator. et benefactor ab omibus mota
libus incelum tollit. et fama summa uo
lante ab omibus non minus preconys lau
datur: qui cum sit pacis amator alieni no
cupidus. scelerum hostis, iustitie seruator, deu
timens: creditur a cunctis non solum sanctus
nomie: sed etiam uita moribus: et exemplo
et inchristum deuotione religioneq; et
mente sancta: et bene gubernandi propo
sito preditus: que omnia simul in paucis ad
modum pontificibus cognita sunt. Phi
losophum etiam quedam hispanu ali ma

magnope curat pecuniam paruifacientem publiceq; legentem. uilibus indumentis indutum. semel singulis diebus edente. et

caponi

capo uno pane optimo uino salubri contentum diebus feriatis populo magrum sententiam in sancto Marco declarantem.

IAm nrum opus ad finem festinare uidetur. demum anteq; hoc quintum uolumen concludatur: de hieronymo familia gigantea: et eius diligentia aliquid dicendum est. Nam siquid in urbe tractandum fuit tempore sanctissimi pontificis Pauli secundi: hic semper prefectus fuit: dilatandis uiis: atq; emundandis. impedimentisq; amouendis: ut Summus pontifex liberius comodiusq; ad Sancti Petri: et inde ad sancti Marci possit incedere ut populus spatioso itinere deambularet: ut ludus iuuenum: et dies festi: cum curribus solemnibus aptiorem: et comodiorem locum haberent: Itaq; maxime benedicitur et laudatur eius humanissima diligentia adeo mansuetus atq; benignus extitit inter iubendum / candelisq; et funalibus in funeribus cardinalium distribuendis aptissimus

QUis silentio preteribit Mapheu ual
laressum Archiepum hyadrensem
Summo pontifici Paulo secundo dile
ctissimum: qui duabus egregiis uirtuti
bus ualet. Namq; hactenus non memini me
uidisse tanta Epum preditum humanita
te: preterea qui tam frequenti lectione
gauderet non solum sacraꝝ litteraꝝ: ueꝝ
etiam studioꝝ eloquentie. historie poese
os scientieq; moralis. nec impense parcens
libroꝝ: quin in eius edibus egregiam supel
lectilem: ut ita dicam opeꝝ uarii: et diuer
si generis carissimas delitias possidet. et i
suo Episcopio vicarium multo aptissimu
iugiter ht recte habenas moderantem cle
ri sibi comissi. et tam bono nomie: ac fama
gaudet: ut pauci admodu ueneti: huic in
hoc conferendi sint: cuius uita: et mores sa
ctimonia quadam incredibili sunt conditi.


HUius nri sanctissimi pontificis tpe
mauri pirate forte regi neapolita
ni consentientes moremq; gere
tes ad litus italicum biremes subduxert
inter arcem sancte Seuere: et ciuitatem


ueterem complures christianos abduxerūt
quod christiane rei p. in magnū dedecus
redundat: atq; resultat: quod cum Paulus
secundus rescierit actutum et prouide casi
bus his obuiabit: ne in posterum talium pre
donum genus his predis rapinisq; assuescat.
ea ē prouidentia principis. semp fuit. simul
et futura ē omnibus rebus: et talib; et minori
bus: necnon maiorib; aptissima et prouidentissima


ANte: q̄ ad calcem uolumis pficiscar
mortem: et eam quidem naturalem
Cardinalis Sancti Xysti hominis do
ctissimi scribendam eē putaui: qui in longe
ua etate et in studijs sacrarum litterarum semp
uersatus: cum plurima edidisset opera Theo
logie: et templa condidisset. bibliothecasq;
codicum multitudine exornasset. diē suū
rome obijt: et sua omia paulo secundo com
mendauit. Reliquitq; cum uiueret nepo
tibus non grandia beneficia: et Sublaci u
niuersam regionem eidem Pontifici resi
gnauit. et sanctissime ecclie reparationi.
que Minerue nomen habuit aliquot mi
lia aureorum testamēto reliquit. Paulo scdo

uolente: cuius quidem cardialis laudes alio uolumnē expressimus. quocirca de illo iam reticendum esse duxi.

POstremū sit hoc uolum̄ absolues Atanasium ēpm̄ hieracēsem litteratissimum uirum: et plurima decoratum humaītate: grecis latinisq; littis preditum a Cypro insula sospite cum comitibus reuertisse: non tamen compote propositi: Nam cipricus rex: aliam iam duxerat. quam fuerat pollicitus uxorem. Qꝗ obrem Soror Despote Andree paleologi sine optato coniuge relicta ē: que ob formā egregiam sapientiaq; clarissima et dotē satis grandem fortune tamen et statui mediocri conuenientem uirum manet illustrem. Quod facile fiet Paulo secundo intercedente: cuius clementia miseros et exules christi cultores perire non sinit. presertim generosos ne ob fidem christianam: qui magnates esse consueuerunt. desperatione tabescant. FINIS







GASPARI VERONENSIS NOTITIA OPPIDI SERMONETI.





